



13  
& quasi resident dat sanum consilium. Sciens fragilitatem huma-  
nam dicit. Nolite fraudare inuicem nisi forte & consensu ad tempus.  
Propter eamquit accepisti uxorem. & tu accepisti martium  
ut inuicem consentatis. & pari consilio quod melius est eligatis.  
Uis abstinere. summum est quod cogitas. Noli muidere uiro tuo.  
psuade illi. ut habeas duas coronas. ut non incontinentia & casti-  
tas iurgium habeant. sobrietas & luxoria continentionem. Si enim  
tu abstines. ille uero inflammatur libidine corporis. recordare  
pauli sententiam dicentis. ne fornicaberis. statim turbatur. &  
tamquam inter duos scopulos positus. naufragium sistit & nauis.  
cui portus clauditur. Nolite ergo fraudare inuicem. nisi for-  
te & consensu ad tempus. & enim ubi pax est. ibi omnia prospere  
rabuntur. Ubi sobrietas lucet. ibi unanimitas abstinentia  
& continentiones non deerunt. Nolite ergo fraudare inuicem  
nisi & consensu. Beatus simus paulus tamquam bonus dispensator.  
quippe qui uniuersum orbem cupit disponere xpo. castratis  
insignia prebens. propterea non erubescit dicere. honorabilis  
nuptiae. & cubile inmaculatum. Quibus etiam ipse dñs inter-  
fuit. & pietatis sue largitus est munera. aquam commutans  
in uinum. figuratiter ostendebat ut intercessu uirginitatis.  
nuptiae que quasi generales & licetes sunt. nuditati. palmam absti-  
nentiam mererentur. Curre ergo quantum potes. Si lassaueris  
ad portum reuoca pedem. Dicente paulo. & iterum ad id  
ipsud reuertimini. ne temptet uos satanas ppter incontinentiam